

non est *vnuus*, sed multi. Quod probat dupliciti argumento. Primum inconstantia, & levitatis humanae: nam *stultus*, teste Scriptura, *vt Luna mutatur*; modò mœstus, modò hilaris, Chamæleonti similis, & vnde, qua' varijs vultus refert pro obiecti gratia. Nam quis vnum cundemque esse dicat, quem sape sui dissimilem vider? Similitudo enim, aequalitasque votorum quodammodo vnum faciunt: contrà iniquabilis dissimilitudo plures. Sunt enim illa, ut Philosophis placut, modi vnius: hæc vero multitudinis. Exemplum subiiciam, quo res ipsa magis ac magis elucebat. Scriptorem legi, qui tradidet fuisse nuper in Anglia noua religionis Ministrum, qui, quò rem augeret comodius, & eloquentia sua emolumenta plura perciperet, tribus in Synagogis uno tempore merceretur. Duæ illarum ex Caluini propagine ortæ censebantur, tertiam sibi Lutherus author vendicabat. Nam Caluini secta cum in plures, cum maximè in duas factiones in Anglia degenerauit. Harum altera Formalistarum est: altera Puritanos continet, Formalistis infestissimos. Ergo hoc triclini capite, ut alter Cerberus, homo ad omnem fidem natus, nam à sincera tantum abhorret, quam cane peius & angue vitandam prædicant, qui liberè loquuntur in Anglia: regnabat, ditescebat, triumphabat. Ille namque die Dominicæ, quo tempore solent prædicantes ad verborum pugnas procedere, postquam primo mane (nam ita conuenerat cum Puritanis) in eorundem Synagoga, ieiuna adhuc anima, iracundam coniunctionem in Formalistis expulserat, ad conuentum Formalistarum ad horam ferme vndecimam, incalcentem iam die, incalcentem vena prope ratabat. Illuc, eadem illa quidem, qua manè effuderat, repetebat, verum addita negatione, qua præcedentem accusationem in Puritanos retorqueret: ceterum alia prorsus facunda, ut assulet, tantaque animi commotione, vñ nihil supra. Scilicet iam commota bilis erat, & non nihil etiam confirmata per exercitium memoriae. Verum illa referre, qua' vir ille catus confidens assereret, vt puta arcanorum mysteriorum confidens, fortassis nostros offendere, cum aliquo scriptum sit: Nolite irritare crabrones. At ecce continuo post dixi, & Calliope re censui, & extremum illud plaudite, maturabat elato animo propter recentem victoriæ, aliâ rursus maiorem sibi pollicens aduersus vtrōque Puritanos, & Formalistas in castris Luthe ranorum. Quo cum ipse tandem aliquando peruenisset, mirum quas tragedias excitabat, quas strages edebat, que fulmina iaciebat: fulgurabat, tonabat, vt olim de Pericle intonuit Aristophanes, & miseros Caluinitas pernisi cebat. Ibitum ne Ministris quidem parcebat, quos, vt amphibia animalia, & ambigua fidei portenta lacerabat. Nunc igitur amabo te, vt tandem ad propositum reuertamur, num putas hunc, qui sic vapulabat à leipo Sofiam, vt est apud Plautum, non fuisse alterum se? Singulariter, mea quidem sententia, non inconstante modo, verum etiam Ministræ fidei specimen edidit, omnibus seculis memorandum.

*Multiplicis
ingenij ac si-
dei singula-
re exam-
plum.*

A Sed de prima ratione haec tenus. Altera est, quod ^{2. Ratione-} tametsi virtutis studium, ac voluntatem fusce ganium hominem effe unum. pto, ac proposito consilio in animis nostris definierimus, adhuc tamen pars nostri media dif fident. Nam *legemnis membrorum lex repugnat*, ait Apofolus: cuius infelicitatis imaginem Xenophon in Araspa suo, & Basilides, atque Valentinus in profartematibus non obliuerunt adumbrarunt. Quorum commentis vti, tanquam *Æsopis fabulis*, quo' evidenter his, qui nihil, nisi quod sensu percipitur, intelligunt, Cadmeam illam aciem cupiditatum nostrorum ante oculos statuas, qua' viperæ lingua, non dentibus olim profeminata, cum ratione intesinum atque inexpiable bellum gerit, nil ve terat. At contrà vir iustus *vnuus* est, primùm qui ibidem O dem sibi, nam concupiscentiam edomuit, & regis in c. eundem seruare fortunæ vultum didicit: dein I. Reg. 1. de etiam cum illis, quos S. Lucas scripti, vñā omnes cor vnuum, animamque vnam habuisse: *Vir in agno* quo' modis *vnuus* est: cum his namque artissimo quodam Charitatis vinculo deuinctus est: postremo etiam cum Deo, cuius maximè similitudinem refert. Nam de eodem dicitur Deuteron. cap. 5. *Audi Israël Deus tuus vnuus*. Vnus autem, non numero, *Deus quo-* etenim supra omnem numerum esse creden- *modo vnuus*. dus est. Sed præcipue, quia nunquam à semet ipso alter efficitur, hoc est nunquam mutatur, nunquam in aliud vertitur: quod iterum Dauid in Psl. affuerat dicens, *Tu idem ipse*: sed & idem de seipso affirmat prædicans, *Ego Deus, & non mutor*. Præclaram hanc Origenis interpretationem S. quoque Gregorius amplecti. S. Grego- rius in c. 1. tur, qui enim: Perfectio igitur virti in præconio ponitur vnitatis, vt quicunque potenter de Reg. spicit, mentem non diuidat, solis supernis in vnitatis pra cipe ad re his, ad ea tantum qua' de vñione conditoris ligiosus per- sunt, æterna gaudia suspirat. Talis profectus tinet erat, qui Deo confitens ait: *Quid mihi restat in calo, & de quid vñus super terram?* Et paulo post, Pro hac, inquit, vnitate obtinenda veritas docens ait: *Qui non renuntiaverit omnibus que posidet, non patet meus esse discipulus*. Quæ etiam nostra sunt: quia hi qui abrenunciante facculo, remotoris vita secreta petiuimus, monachi vocamus. Mores quidem Græci, Latinæ autem vnius dicitur. Hoc quippe titulo appellata insinuatitudinem dignitatis: & animus no ster tanto ardenter ad conditoris visionem se erigat, quanto sublimitatem claritatis, in qua semper debet confitere, quasi prælatam portat. Hæc S. Gregorius. Porro talem esse, id est vnuum cum Deo, non modò virtus est præcipua: sed etiam omnibus numeris absoluta felicitas. quam vt adipisci tandem aliquando possumus, non tantum singuli perse, sed simul omnes vnuum esse debemus. Hoc Charitas imperat, hoc Deus iubet, hoc Christus optat: pro quo etiam morti proximus votum Deo Patri nuncupauit Ioa. 17. *Pater Sancte, custodi eos in nomine tuo, quos mihi dedisti: ut sint vnuus, sicut & Christi ad nos*. Et rursus: *Nec præfisis soli rego, sed etiam pro credentibus per sermonem istorum in me: ut omnes sint vnuus, sicut tu pater in me: & ego in te, ut & pater vnuus ipse vnuum in nobis sint, & mundus credat quia tu me sunt misisti.*

*Plautus in
amphi.*